



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,  
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &  
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque  
obeundi**

**Dirckinck, Johann**

**Coloniæ, 1690**

VI. Quini Fontes amaritudinis à Colloquiis proscribendi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50863)

psalmis, & hymnis & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris Deo.

VI. Quini Fontes amaritudinis à Colloquiis proferibendi.

I. *Utianda in conversatione humana, tetrica morositas, seu rusticitas: quam explicat Aristoteles, inquiens: Qui autem neque ipsi quidquam ridiculi dicunt, neque alios dicentes a quo animo patiuntur, rustici ac duri sunt. Itaque in voce, vultu, gestu, & totius corporis compositione, non inordinata tristitia, sed spiritualis laetitia, non mundana levitas, sed maturae gravitas & sacerdotalis modestiae splendat. Caveant hinc sibi Melancholici, & saltem libenter amœna audiant ab aliis, gaudeantque quod alii latentur, nec invidiant, aut honestam voluptatem ab urbanitate fluentem impediunt.*

II. *Cavenda contentio & altercatio, quâ nihil amarius, utpote quae omnem sermonis suavitatem corrumpit. Hinc rectè monet S. Ambrosius L. 1. off. c. 22. Absit pertinax in familiari sermone contentio: tollit enim pacem, concordiam, & socialem*



cialem amorem fraternitatis. Vitandi igitur omnes inordinati motus animi, ut impatientia, superbia, contemptus aliorum, invidia, temeraria suspicio, item interpellatio, reprehensio, correctio, extenuatio, &c. Si tamen contraria fueris sententia, licebit rationes modeste proferre, non victoria reportanda. sed veritatis indaganda aut illustranda amore: licebit etiam discursus promovendi gratia nonnulla opponere. Dic aliquid contra, ut duo simus, dicebat Assentatori in omnibus assentienti Seneca l. 3. de ira.

III. Eliminanda quoque è recreatione disputationes speculativa de rebus subtilissimis, sive nature, sive artis, sive etiam divinitatis: qui animos studiis fatigatos, amplius fatigant, & intendunt, quos relaxare oporteret.

IV. Proscribendi ab animi relaxatione sales ac joci illiberales, ironia pungentes, ac sarcasmi mordentes: licet enim per hac risus excitetur; is tamen qui pungitur loco jucunditatis, amarorem sentit.

V. Denique excludendum quidquid familiare colloquium injucundum reddere

re



re potest sive in factis, sive in dictis. Veluti  
 in factis immodestia, levitas, clamor, ca-  
 chinnus, singularitas, solitudo. In verbis  
 adulatio, laus propria, narratio proprio-  
 rum gestorum ad satietatem audientium,  
 scurrilitas, nimis effusa letitia, nimia in  
 loquendo libertas. Postremò non nimium  
 relaxatio protrahatur, omnium enim re-  
 rum satietas est & tedium; sicut in com-  
 diis, venationibus, sessionibus, ambula-  
 tionibus ita & in colloquiis.

## VII. De aliis recreationibus & Ludis.

Ludus triplex est. I. Totus pendens à for-  
 tuna. II. Totus pendens ab industria.  
 III. Mixtus. Lusus tria jucundum red-  
 dunt, quies à seriis, propensio ad lulum, &  
 victoriam. Ludus honestus modestusq; ni-  
 hil peccati scandalive continens, Clericis  
 Religiosisq; denegandus non est: nam sine  
 eo manca, ab omni hominum genere re-  
 creatio existimatur.

I. Ludus totus pendens à fortuna est  
 alearum, qui Clericis & Religiosis per va-  
 rias leges pontificias & synodales prohibi-  
 tus est. II.